



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

De superbia, quæ peccatorum omnium caput est. 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

Ille miser) Bernardus hunc lo- *Apol. ad*
 cum Iob exponens, Non sit in re- *Guliel.*
 cordatione, sed conteratur quasi *abbat.*
 arbor infructuosa, quia pavit ste-
 rilem, & viduæ non bene fecit,
 his verbis utitur. Inordinata pro-
 fectò atque irrationalis miseri-
 cordia est, sterilis & infructuosæ
 carnis, quæ, iuxta Domini verbû, *Ioann. 6.*
 non prodest quicquam, & secû-
 dum Apostolum, regnum Dei nõ *1. Cor. 15*
 possidebit, ad implendis inuigi-
 lare desideriis, & de animæ cura
 Sapientis saluberrimum non cu-
 rare consilium, admonētis atque
 dicētis, Miserere animæ tuæ pla- *Eccl. 30*
 cens Deo.

De superbia, quæ peccatorum
omnium caput est.

24.

Criminis est omnis caput, et certissima radix,
Fastus: eo victo, crimina cuncta ruunt.

d iiij

SACRA

Per fastum primos paradisi sede parentes
 Depuit astuta perfidus arte Satan.
 Ergo palestinas acies si frangere cura est,
 Immani Goliath fac cadat ense caput.
 Namque inimica phalanx, duce cæso, protinus
 Abiicit, et celeri tendit abire fuga.

SCHOLIA.

Eccl 10. Criminis est omnis) Initium peccati, ut ait Sapiens, est superbia: vllum peccatū, si Augustino dicimus, sine ea est, quandoquid nihil est aliud peccatum, quam cōtemptus Dei: quo fit, ut ipsa præcepta nihil curemus. Id quod sola superbia nobis persuadet. quale malum est superbia, inquit Hieronymus, quod deum aduersarium habet: alludens videlicet ad illud Scripturæ, Deus superbis resistit. Ne in cælo quidem consistere potuit superba sublimitas quemadmodū est apud Cyprianum. Atque Adamus Deum esse volens sine Deo se vidit. Ho-

Aug. lib. de salut. docum.

Ad Antonin. de modest. De nat. Christ. et de Ierun. tent.

vitium Deo in Nabugodonozore vsque adeo displicuit, vt ex homine iumentum effecerit. Me-

Hom. de humil.

ritò itaque Chrysoftomus superbiam malorum fontem esse tra-

Orat. 1. adu. Euz.

dit. Ac Basilius eam malorū omnium humanorum grauissimum

ac perniciosissimum esse asserit, atque eiusmodi, vt omnes eos,

quos amplectitur, diaboli iudicio inuoluat. Quibus scilicet ver-

1. Tim. 3.

bis ad Paulum alludit. Ac sane omnes qui hoc crimine obstricti

tenētur, pro certo habere debēt, se Satanæ tyrannidi subiectos es-

se. Siquidem & Iob eum super omnes filios superbix regnum

Iob. 41.

obtinere testatur. Initiū porrò superbix in Dei ignoratione positū

Cont. desp. & superb.

est, vt ait Chrysoftomus, Quò fit vt Deus quoque superbos ex-

cretur, nec gratiam suam in eos instillet. Vnde Bernardus eos gel-

serm 54. in cant.

S A C R A

boe montes appellat, super quos
 nec ros, nec pluuia, cadit. Quae
 eamque causam optimi quidam
 homines summo studio semper
 sibi prouidendum duxerunt, ut
 aditus ad se omnes huic vitio
 praecluderent. Sic Paulus, cum
 reuelationum suarum mentio
 incidisset, nomen suum retinuit
 Cumque Lystrij diuinum curam
 ei adhibere vellent, vestimenta
 sua scidit. Ac Sapiens obnoxiis
 precibus à Deo contendit, ut
 oculorum extollentiam ipsi
 verum ab eo superbam & Gigantum
 animam (sic enim in Graeco
 habetur) auertat. Cyprianus quoque
 in libello de duodecim articulis
 sibus seculi, octauo loco hoc
 ingenti abusu ponit, cum pauper
 superbia afficitur. Quid autem
 aliud sumus quam pauper
 mendici, in singula momenta

miseriordia opus habentes?

Quid, inquit Augustinus, tam *Aug. lib.*
dignū misericordia, quàm miser *Ser. sent:*
est? Et quid tam indignum mise- *381.*

ricordia, quàm superbus miser?

Vt itaque hoc vitium ex animis
nostris radicitus euellamus, idē

Author eodē libro nos admonet, *Sent. vlt.*

vt mortalitatis nostræ conditio-

nem, ac finem nostrum conside-

remus. diuitiis, florib⁹, & maiorū

nobilitate te iactas, & exultas de

patria & pulchritudine corporis

& honorib⁹, qui tibi ab homini-

bus deferuntur? Respice te ipsum

quia mortalis es, & quia terra

es & in terram ibis. Circumspice

eos qui in iisdem sublimitatibus

ante te similibus honoribus ful-

serunt. Vbi sunt qui ambiebant

ciuium potentatus? vbi insupera-

biles imperatores? Vbi eorum

vestes & peregrina ornamenta?

S A C R A

Vbi turba seruorum? Vbi lux
 & lætitia? Vbi exercitus duc
 nunc omnia puluis, nunc omnia
 fauillæ. Nunc in paucis veritas
 eorum vitæ memoria sita
 Respice eorū sepulchra, & v
 quis seruus, quis Dominus, qu
 diues, quis pauper. Discerne
 potes, vincitum à rege, fortem eum
 debile, pulchrum à deformi. Gre
 de an in eo sit aliquod signu
 arrogantia & iactantia. Mem
 sis itaque esto tuæ nature, vt n
 extollaris. Vide etiam eundem
 Augustinum sermone 181. de lito
 pore, & Carthusianum lib. han
 quatuor nouiss. arti. 13.

Qua nota veri Dei filij
 agnoscantur.

25.

Admouet ad solem pullos lous ales, adunco
 Vngue tenens sobolem dum probat ipsa sumam
 Si radios spectent illeso lumine, veros